

DE  
STATIBVS  
HOMINVM

*Liber Posthumus*

R. P. IOANNIS BVSÆI  
SOCIETATIS IESV  
Theologi.

AD REVERENDISSIMUM  
& Illustrissimum Principem ac Dominum  
D. Theodorum Episcopum Pa-  
derbornensem, S. R. I.  
Principem, &c.

IN VIRTUTE,



ET FORTUNA.

LVGDVNI,

Apud Hæredes Gulielmi Rouillij,  
SVB SCVTO VENETO.



M. DC. XIV.

*A. 18 Sen. & Capa K*



REVERENDISSIMO  
ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO D. THEODORO,  
Episcopo Paderbornensi, S. R.  
Imperij Principi, Domino  
suo clementissimo



*Collegium Moguntinum Societatis*  
*I E S V.*



VCEM aspicit, Illustrissi-  
me Princeps, ac rogatu  
multorum prodit aliquan-  
do posthumus R. P. Ioan-  
nis Busæi Societatis nostræ  
Theologi, viri doctrina,  
pietate, morum suavitate, exquisitâque  
virtute commendatissimi fœtus. Liber,  
inquam, de variis *hominum statibus*, summis  
infimisque, vti speramus, utilissimus: quip-  
pe in quo quisque, quid in vitæ suæ insti-  
tuto prosequendum, fugiendûmve sit,  
perspicere manifestò queat. Tutorem ac  
patronum circumspicit, Te vnum R<sup>me</sup> ac



2

III<sup>me</sup>



DE ABBATIS STATV.

CAPVT PRIMVM.

*Quid nomine Abbatis intelligamus.*

**A**BBAS, teste S. HIERONYMO in  
 Commētariis epistolæ Pauli ad Ga-  
 latas, Hebræo Syroque sermone si-  
 gnificat Patrem. Quo primum vsus  
 est Christus, dum in horto apud  
 Marcum ita oraret: *ABBA pater, omnia tibi possi-*  
*bilis fuit, transfer calicem hunc à me.* Deinde Apo-  
 stolus ad Romanos, dum ait: *Accepistis Spiritum*  
*adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* Et  
 ad Galatas. *Misit Deus spiritum filij sui in corda ve-*  
*stra clamantem, Abba pater.* Cur autem vterque la-  
 tinam vocem Hebrææ coniunxerit, causam reddit  
 HIERON. loco citato. *quia hanc, inquit, consuetu-*  
*dinem in pluribus locis Scriptura conseruat, ut He-*  
*braicum verbum cum sua interpretatione ponat. Barti-*  
*maus, filius Timai. Aser, diuitia. Tabita dorcas. Et in*  
*Genesi, Mesech, vernaculus. & cetera his similia.* Aliã  
 reddit S. AVGVSTINVS libro 3. de consensu  
 Euangelistarum, & alibi. *Quod autem, ait, Marcus*  
*ipse non solum pater, sed Abba pater eum dixisse com-*  
*memorat, hoc est Abba Hebraicè, quod est Latine pater.*  
 Et fortasse Dominus propter aliquod sacramentũ vtrũ-  
 que dixerit, volens ostendere illam se tristitiam in perso-

Marc. 14.  
36.

Ro. 8. 15.

Gal. 4. 5.

H. li. 2. c. 4.

A. c. 4. & de  
 ver. Apost.  
 serm. 14.  
 Et in psal.  
 78.